

Solium

puellam: et ex parte mei eam saluta: et trade ei istum pannum. de quo per sapientia suas faciat mihi satis longam et latam camisiam. pro corpore meo: Et si hoc fecerit coniunx mea erit: Perrexit nuncius ad virginem: et eam ex parte regis salutavit: dixitque ei: ecce pannus lincus habens tantum in longitudine et latitudine tres pollices: si camisiam sufficientem de isto panno pro corpore eius. poteris operari te in uxorem habebit. At illa. Quomodo fiet istud ex quo non sunt nisi tres pollices in longitudine et latitudine camisiam ei facere esset impossibile. Verum tamen mihi vas concedat in quo operari poterit. et camisiam eius satis longam permitto. Nuncius est reversus denunciavit regi de virginibus responsione. statim rex vas debitum et preciosum ei misit. Illa vero de tam parva quantitate in eodem vase operata est camisiam satis sufficientem pro corpore suo. Ille hoc videns statim eam in uxorem duxit.

Moralisatio

Rarissimi. Rex iste est deus ipse potens et dives. Puella generosa de stirpe regum beata virgo maria mater dei et hominis que fuit pulchra et generosa quia gratia plena. Nuncius missus gabriel archangelus qui eam ex parte dei salutavit dicensque ei. Ave gratia plena. Dominus missus est spiritus sancti gratia. que operata est in ea. quia antequam nata fuit sanctificata fuit: habensque tres pollices. id est in conceptione filii sui erat potentia patris: sapientia filii: clementia spiritus sancti. De quibus quesivit vas. id est. vterum sanctum sanctificatum in vtero matris sue: in quo fecit camisiam. id est. humanitatem. que quidem humanitas erat in ea operata. Hec videns pater celestis eam reginam in celo coronavit. ubi pro nobis interpellat suum filium et filius patris. Juxta verbum beati Bernardi. Homo securum accessum habes.

De cura anime

Capitulum. lxx.

Quidam rex seniel de vna civitate in aliam transitum faceret. ad quandam crucem venit que erat omni parte conscripta. Ex vna parte erat in ea scriptum. Rex si per istam viam equitaueris pro corpore tuo bonum hospitium

Rex

habebis. sed equo tuo male ministrabit. ex alia parte crucis erat scriptum. Si per viam istam equitas inuenies hospitium in quo tuus equus satis laute habebit: sed tu male ministraberis. Ex tertia parte erat scriptum. Si per viam istam ambulaueris tu et equus tuus satis habebitis: sed antequam accedas egrege eris verberatus. Ex parte quarta erat scriptum. Si per viam istam ambulaueris. laute tibi ministrabitur: sed equum tuum ibi dimittes: et tunc te oportet pedibus ambulare. Rex cum omnia ista perlegisset admirabatur intra se cogitabat quam viam equitare vellet. At intra se. Primam viam vobis eligere. quod bene erit mihi et male equo. non vna cito transibit: percussit equum cum calcariibus ad quandam viam ubi castrum inuenit: in eo erat miles qui cum benigne fecerat ac laute ministrabat: sed equus parum aut nihil habebat: mane vero surrexit ad palacium suum equitavit. omnia gesta que viderat narrauit.

Moralisatio

Rarissimi. Imperator iste potest dici quilibet bonus christianus. qui habet circa salutem anime sue equitare. Equus qui cum portat est corpus ex quatuor elementis compositum. Crux que stat in medio vie est conscientia tua in modum crucis extensa. Una pars ut ad bonum te prouocet. Altera ut contra malum fortiter pugnet. Unde si ambulaueris per viam in qua bene tibi erit et male equo tuo optime facis. Carissimi. Ista via est via penitentie: hospitium sancta mater ecclesia in qua bene tibi erit in anima. sed oportet quod equus tuus scilicet caro tua penitentie subiaceat. Qui ergo per istam viam ambulauerit sapienter facit. Alia est via in qua inuenies hospitium in quo equus tuus satis laute habebit: sed male ministrabitur tibi. Via ista est via gula et luxuriosi qui hospitium suscipiunt in voluptate carnis. De quibus Apo. ait. quorum deus venter est et gloria in confusione ipsorum. In isto hospicio anima erit pessime ministrata. Alia est via ubi equus tuus laute habebit: et tu verberaris. Via ista est cupiditatis et auari qui laute hic vult vivere parua opera meritoria perpetrare. sed cum mors eum ab hospicio huius mundi expellit: tunc anima

c]